

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johannes Assuerus Ampzing

Programma In Natalem Veri Messiae Dn. nostri Jesu Christi

Rostochi: Pedanus, 1620

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734587465>

Druck Freier  Zugang



(F. Averus Anupsing)
R.U. Progr. 1620/a

Programma
IN
NATALEM
VERI MESSIAE
Dn. nostri
JESU CHRISTI.



ROSTOCHI
*Typis exscripsit Joachimus Pedanus,
Acad. Typogr.*



RECTOR.
ACADEMIE ROSTOCHIENSIS
JOANNES ASSVERUS
Ampsius Translatus. Med. D. & Pref.



Enigmatis divinae & sva-
visime consolationis plenissima sunt,
quæ apud D. Paulum Rom. 10. v. 25.
& 26. de mysterio Evangelij etiam
Gentibus patefaciendo leguntur.
Aut Mysterium hoc à temporibus
eternis tacitum fuisse: Nunc vero
id esse revelatum, patefactum, ma-
nifestatum, per Evangelium & pre-
conium Iesu Christi: Hanc deniq; doctrinam Evangelicam
non esse novam nuper ab Apostolis inventam, sed habere
testimonium & reipsa contineri in Scripturis Propheticis. Idem
confirmat Apostolus Petrus 1. Pet. 1. 10. &c. quando inquit,
De quâ salute inquisierunt, & quam scrutati sunt pro-
phetæ, qui veniunt in vos gratiam prædixerunt: Scrut-
tantes in quem aut cuiusmodi temporis articulum, præ-
nuntius ille, qui in ipsis erat Spiritus Christi, declarat
eventuras Christo perspectiones, & gloriam illas confe-
quuturam: Qyibus patefactum est eos non sibi sed no-
bis ea administrare, quæ non, ait Apostolus, annuitata
sumi vobis, per eos, qui vobis prædicabant Evangelium,
per emissum è cœlo Spiritum sanctum. Tandem innuit
hoc Mysterium tantum esse, & tantas in eo reconditas esse
Sapientia, Justitia & Misericordia Dei divinitas, ut ipsi etiam
sancti Dei angeli harum admiratione percellantur, cum in-
quit, in quæ desiderant Angeli introspicere.

Hoc Evangelij & Gentium Vocationis Mysterium expli-
carunt Apostoli, cum in Pentecoste, accepto Spiritu sancto, va-
rijs

et linguis depredarent Magnalia Dei. Quanam verò
illa Dei MAGNALIA? Imprimis inquam Dei Quidar-
geminus, & erga homines misericordiam. Jacebat univer-
sum genus hmanum utriq; morti obnoxium temporali &
aterna, foris astabat lex accusans, & mors cum Diabolo ad
paenam exequendam parati, intus pungebat aculeus seu sti-
mulus peccati. Quo tandem miseri effugerent à facie irati
omnipresentis & omnipotentis Judicis Dei, qui est ignis con-
sumens? & ad quam Creaturarum confugerent? In sece
ipsis nihil inveniebant solatij, sed merum peccatum, merum
reatum, meram injustitiam & legis transgressionem. Ab
Angelisne opem peterent? At hi quicquid erant Dei erant
beneficio, sed & creatura erant, impares portanda ira offensis
Creatoris, Qvonam ergo se conferrent auxilium imploraturi,
nunquid ad Dei misericordiam? Atqui obstabat ipsa
eiusdem Justitia, quam abnegare non posuit, mentiri nescius.
Justitiae inquam Dei satisfactum oportuit. Hisce ita duobus
Magnalibus Misericordia & Justitia Dei indefesso duello
confligentibus medium sese ingessit tertium Magnaliorum admi-
randæ Sapientiae Dei, & illud redimendi hmani generis con-
silium dedit, quod D. Lutherus graphicè pinxit in ea Cantio-
ne, quæ incipit Nu freuwt juw liebn Christen gemein / cuius
summa omnis huc reddit; Inter Deum & Hominem peccatorem,
aliud Medium reconciliationis statui non posse, quām quod &
Deus sit & homo expers peccati. Placuit ergo admiranda
Sapientia Justitia & Misericordia Dei; ut aternum illud
Verbum, ο λόγος inquam, caro fieret & homo nasceretur
omnis peccati expers, opera Spiritus Sancti, è semine illibata
Virginis Mariae, & in Autegor fieret & propitiatio pro expian-
dū peccatis totius hmani generis. Hoc aterna Triados ater-
num decretum promulgari dejude visum est, voce ipsius Pa-
teris, Filij & Spiritus sancti, mox Angelorum etiam & homi-
num

num. Statim à lapsu suo, in ipso jam tum paradise hanc Dei Patris vocem audivit Protoplastus noster, Semen mulieris conteret caput Serpentis. Eandem ipsius Dei Patris vocem, promissionis audiuerunt postea Patriarchae Abraham, Isaac, Jacob, de semine suo in quo benedicenda essent Gentes. Ipse etiam Dei Filius in specie Angeli apparens Patribus promissionem hanc aliquoties refricuit, & populo Israëlitico tendenti in terram promissam itineris Dux fuit, noctu in columna ignis interdiu in columna nubis. Demum eadem promissio Davidi, & per ipsum Davidem aliosq; prophetas Ecclesæ Israëliticae identidem repetita ingeminata & inculcata fuit, & sacrificijs Legis adumbrata, usq; ad tempora Joannis Baptiste, qui primus novi fæderis minister, agnum Dei præsentem dígito communistravit. Hinc adeo est quod legimus apud Lucam, Christum duobus discipulis Emaunta euntibus omnia qua Hierosolymis in diebus illis gesta fuerant, sic geri & fieri oportuisse, è Moyse Psalmis & Prophetis ad vivum demonstrasse. Quo etiam pertinet pulcherrima illa concio, quam Apostolus Petrus in festo Pentecostes Hierosolymis habuit Act. 2. 14. &c.

Non oportuit autem Filium Dei Hominem nasci ipsis statim Adami temporibus, sed, ut Scriptura loquitur, tempore demum completo. Placuit enim Sapientia Dei aliquandiu Ecclesiam suam sub Legis pædagogia continere, ut homines exactius disserent peccatum & se peccatores esse animitus agnoscere, atq; ita avidius ardenterq; sitire & expectare Christi Messie adventum, qui ipsas à peccatis redimeret. Tempore tandem completo missus à Deo angelus Gabriel Maria virginis Messie conceptum annunciat; quo deinde in lucem edito iterum ab Angelis Dei ejus Nativitas cœlesti acclamatio nunciata & divulgata fuit.

Felices ergo nos ô Fratres Christiani! in quos sacerdotum fines inciderunt, qui nunc videmus & audimus, quæ multi
olim

olim, durante adhuc Legis pedagogia, prophete & justi desiderarunt videre & audire, neq; viderant & audierunt tamen. Iterum dico, o verè felices nos: si hac intimo pectoris scrinio reponamus. Si inquit in cinere, cicilio & planctu, hoc est, in verâ & minimè fucata cordium contritione, peccata nostra detestemur desfleamusq; neq; tamen ob peccati & ira divina sensum animum despondeamus, sed verâ & justificante fide ad Mediatorem nostrum confugiamus, eamq; in ipsis vulnribus roseo sanguine fluentibus firmiter defixam habeamus, tum deniq; cum jubilo & tripudio latitia, alijsq; vera gratitudinis significationibus in Domino exultemus, atq; ita vere ad eum convertamur. Contrà, Va nobis si veluti lethago consopiti, neq; peccati sensum neq; legis maledictionem persentisca- mus, ideoq; neq; fidei lichenum ne fumigantem quidem nedum ardenter, neq; Christianæ gratitudinis argumenta in nobis ulla deprehendamus, sed instar equi ferocientis frena hac omnia malitiosè excutiamus & in pelagus eterna condemnationis precipites ruamus: juxta illud Poëta.

Fertur equis aurigæ, nec audit currus habenæ.

Cum itaq; Ecclesia Christi hodierno die & aliquot sequen-
tibus Natalem veri Messia Domini nostri Jesu Christi, Dei &
Maria filij, magnâ cum solennitate celebret, & velut attonita
suspendam Dei bonitatem Justitiamq; tum verò & Sapien-
tiam, quæ rationem modum & viam redimendi hominis inve-
nerit & hominibus & angelis ipsis inexpectatam in pervesti-
gabilemq; magnō cum jubilo cantillet,

Orto Dei filio

Virgine de purâ

ut Rosa de lilio:

Stupescit Natura,

Quod parit juvencula

B 3

natum

natūm ante saecula
Creatorem rerum,
Quod uber munditiae
Lac dat pueritiae
Antiquo dierum:

nostrum utiq; fuerit Cives Academici reliquorum fidelium
votis nostra etiam vota conjungere, & in pleno Ecclesiæ catu
hoc Magnalia Dei plenis buccis & buccinis depraedicare, &
animitus in Domino gaudere, cumq; ipsis sanctis Dei Angelis,
qubus vel super unius hominis peccatoris conversione, nedum
super totius humani generis redemptione, gaudium est ineffa-
bile, Gloria in Excelsis Deo, alta voce decantare.

Ad has lautissimas Dei misericordiarum patri epulas re-
verendos clarissimos doctissimosq; Dnn. Professores & reliquos
tum Doctores tum Magistros tum verò generosam & non
literarum solum sed verae etiam pietatis studiosam Juventu-
tem invito, de qubus ut nullus dubito quin hominum verè
Christianorum sint ultrò facturi officium: ita canibus & por-
cis qui in tabernis quam in templis comparere, qui uitiorum
filiq; vorare quam sacris Dei epulis frui, qui peccatorum
cæno volutari, quam honesti moribus ornari, qui deniq; com-
pita & plateas cyclopicis & scurrilibus granitibus, latratis, batis
complere, quam in Ecclesia sacros hymnos cantare,
atq; ita voce & facto reprobros sese ipsos palam declarare
malent, Dei omnipotentis iram, & nostrum serium officium
denunciamus, qui hoc agemus sedulò ut malum de Israele re-
moveamus, neq; patiamur ut ob paucos quosdam discolors, uni-
versa Juventus male audiat apud exterros.

In recenti adhuc memoria sunt quædam hujus Academiae
adversum Scovistas programmatæ, publicata Anno 1611. 12. No-
vembr. & anno 1615. 10. decemb. tum verò illa maximè tria
qua

que una superiori anno 1619. nempe 23. Maij, 4. Julij, & dico-
mum 11. Julij affixa fuerunt. In quorum postremo verbo tenuis
adscriptum fuit vetus hujus Academia Statutam, vetus in-
quam atq; una cum & Academiam natum, qvō Majores nostri,
Maturā deliberatione p̄habita, ex certā & evidenti
causa ordinārunt & statuerunt, qvōd in Universitate
Rostochiensi non debeant esse Nationes aliquæ, nec
qvoad Universitatem, nec qvoad Facultatem. Contra-
rium disponens, aut ordinare tentans, HOC IPSO
SIT PERIURUS, ET AB UNIVERSI-
TATE EXCLUSUS.

Hoc tam salutare Academia Statutum impiè contemni
adeoq; & proculari ab ijs qui jurejurando fidem dederunt,
qvod velint legitimo suo Magistratui obedire in licitis & ho-
nestis, & qvōd velint observare Statuta, meritò ingemiscimus:
quando ipsi verbi Dei praconibus palam è publicâ templi
earchedrâ indicantibus, audire cogimur, Nationes esse in
Academiam, & Nationalia pennalium, qvos vocant, cele-
brari convivia, & nos qui docentium munere fungimur,
hac impunita relinqueremus, Corrumpti frugi adolescentulorum,
qui studiorum gratiâ ad nos veniunt, animos contagio ha-
rum pestium, contaminari & conspurcari eorundem mores
stercore Skaristiarum, emungi ab eorum crumenis & marsupijs
pecuniolas quas à Parentibus studijs insamendas acceperant.
falli & defraudari parentes s̄p. suā quam de filijs adhuc in-
tegris & nequedum corruptis conceperant, pretiosissimi tem-
poris redimendi occasionem non dicam negligi, sed perdi &
amitti penitus, offendit Deum, proculari & proteri authorita-
tem Magistratus legitimi, & adolescentulos complures qui
alioqui futuri erant vasa idonea ad regendam Ecclesiam &
Rēpublicam, commutari in vasa impurissima oueja Deum
immortalem! Hoccine est legitimo suo Magistratui obedire
in

in licetis & honestis? hoccine observare Statuta? Hoccine in-
violatam conservare religionem jurejurandi? Sed quorsum ego
hectam multa ad lavandos Aethyopas? & tulingva quò tan-
dem vadis? Nunquid otiosum me præstabat esse, quam nihil
ageré? Non inquam, Sed coram Deo, coram R. verbi Ministe-
rio, & deniq; coram universo Mando contestamur a deoq; &
protestamur, quod in præmonendo officium nostrum fecerimus,
facturi & in acriter animadvertendo, se q; vos hisce Ferijs &
alijs im posterum apprehenderimus suaristicæ pravitatis rees.
Nolim autem p;ij & frugi Juvenes hæc sibi dicta arbitrentur,
sed ij solūm, qui studiose Juventutis scoria & fex sunt, qui
non de excolendis studijs, non de eruditis habendis declama-
tionibus, non deniq; de exercitijs disputationum, sed de Co-
mœdijs agendis, inq; ijs epulis instituendis & choreis tripu-
dijsq;, hoc tristissimo tempore, ducendis, & deniq; de pennä-
lium loculis exhauiendis, noctes & dies cogitant, non secus ac
canis panes & sus siliquas somniare vulgari diverbio di-
cuntur. Agite igitur Cives Academici, procul valere jussis
istis Epicuri de g;e g;e poro;is, eorumq; contubernijs, cætus fa-
cros hisce ferijs diligenter frequentate, Nascenti Messia cum
jubilo acclamate, cum Angelis Gloria in Excelsis Deo can-
tate, in Domino gaudete, vita sanctimoniam colite, & lu-
luctuosissimo hoc rerum statu, contra Turcam, immanem Chri-
stiani nominis hostem, Imperium R. Ecclesiam Christi, scho-
lasq; & Academias puriorem religionem professas, deniq; Pro-
vinciam & urbem hanc, & in eâ vos ipsos ardentibus votis
Deo altissimo commendate. P. P. Rostochij Anno 1620.



que una superiori anno 1619. neimpē
mum 11. Julij affixa fūrunt. In quor
adscriptum fuit vetus hujus Acadē
quam atq; unā cum e Acadēmā natū
Maturā deliberatione p̄ehabita,
causā ordinārunt & statuerunt, q
Rostochiensi non debeant esse N
qvoad Universitatem, nec qvoad
rium disponens, aut ordinare ten
SIT PĒ RIURUS, ET
TATE EXCLUSUS.

Hoc tam salutare Acadēmia St.
adeoq; & proculari ab ijs qui jarej
quod velint legitimo suo Magistratu
nestis, & quod velint observare Statu
quando ip̄s verbi Dei praeonibus
cathedra indicantibus, audire cogim
Acadēmā, & Nationalia penaliū
brari convivia, & nos qui docent
hac impunita relinqueret, Corrumpti
qui studiorum gratia ad nos veniu
rum pestium, contaminari & conspi
stercore Skaristiarum, emungi ab eoru
pecuniolas quas à Parentibus studijs
falli & defraudari parentes s̄p̄ suā
tegris & nequedum corruptis concep
poris redimendi occasionem non dica
amitti penitus, offendī Deum, procul
tem Magistratus legitimi, & adole
lioq; vi futuri erant vasa idonea ad
Rēpublicam, commutari in vasa imp
mortalem! Hoccine est legitimo

Inch mm

160 150 140 130 120 110 100 90 80 70 60 50 40

170 180 190 200 210 220 230 240 250 260 270 280

290 300 310 320 330 340 350 360 370 380 390 400

410 420 430 440 450 460 470 480 490 500 510 520

510 520 530 540 550 560 570 580 590 600 610 620

620 630 640 650 660 670 680 690 700 710 720 730

740 750 760 770 780 790 800 810 820 830 840 850

860 870 880 890 900 910 920 930 940 950 960 970

970 980 990 1000 1010 1020 1030 1040 1050 1060 1070 1080

1080 1090 1100 1110 1120 1130 1140 1150 1160 1170 1180 1190

1190 1200 1210 1220 1230 1240 1250 1260 1270 1280 1290 1300

1300 1310 1320 1330 1340 1350 1360 1370 1380 1390 1400 1410

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. _____

Patch Reference numbers on UNT

the scale towards document

ulif, & p̄ dī
verbo tenus
, vetus in-
ores nostri,
evidenti
versitate
qvæ, nec
Contra-
C I P S O
VERSI-

contemni
dederunt,
citis & ho-
emiscimus
licā templi
s esse in-
cant, cele-
fungimur,
atulorum,
ntagio ba-
dem mores
marsupijs
acceperant.
adhuc in-
issimi tem-
p̄d perdi &
authorita-
plures qui
cclesiam &
ejac Deum
ui obedire
in